



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nucleus Juris Canonici**

**Thenhaven, Bernhard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1739**

XXIX. De Clericis peregrinantibus. D. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](#)

304 LIBER II. TITULUS XXIX.  
minus jure novo Tridentini sess. 24. c. 20.  
statuitur: „Causæ omnes ad forum Ec-  
„clesiasticum pertinentes, etiam benefi-  
„ciales, in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscantur, atque  
„omnino saltem infra biennium à die mo-  
„tæ litis terminentur, alioquin post id  
„spatium liberum sit partibus vel alteri  
„illarum Judices superiores adire: neque  
„appellations ab iisdem interpositæ re-  
„cipiantur, nisi à definitiva vel à defini-  
„tivæ vim habente, & cuius gravamen  
„per appellationem à definitiva reparari  
„nequeat, v. g. incarceratio, tortura,  
excommunicatio, quæ trahit post se exe-  
cutionem, &c.

## T I T U L U S XXIX.

### *De Clericis peregrinantibus.*

I. Cùm C. 52. Tit. præc. dicat Pontifex:  
„Quia plus est ad Sedem Apost. facto  
„provocare quàm verbo, Excommuni-  
„catio post iter arreptum lata non tenet;  
adeoque talis peregrinatio habet vim &  
effectum appellationis, etiam non petitis  
Apostolis, modò fiat intra decendum à die  
latae sententiæ vel illati gravaminis, mo-  
nito desuper à peregrinante per se vel per  
nuntium Judice, ideo subjicitur præsens  
titulus, in quo

2.C.

2. C. un. „Cùm Presbyter J. iter Romam arripuit, quidam res ejus diripere præsumperunt, quia eas sub protectione Sedis Apost. non posuerat, mandat nihilominus Pontifex: Cùm hi, qui accedunt ad præsentiam Papæ, una cum rebus suis debeant esse sub protectione Apost. securi, ut quidquid eidem post iter arreptum est subtractum, restituatur. Ex quo inferunt DD. quia ratio Constitutionis est generalis, quòd non solum ad Clericos, sed etiam ad laicos Romipetas spectet, ut five causâ devotionis, vel appellationis, aut aliâ Romam petant, durante ipsâ absentiâ nec in - nec extra judicium molestari possint. Posset tamen Ordinarius, si Clericus peregrinans neglexerit, ex fructibus Beneficii substituto ratione onerum providere.

3. Verùm C. 9. Tit. præc. in Decret. statuit: „Cùm aliquam causam contingit appell. rem. committi, & adversa pars post citationem iter arripuit ad Sedem Apost. non minus poterit Judex in negotio juxta juris formam procedere, quòd si ante citationem iter arripuerit, non est aliquatenus procedendum; uti nec juxta c. 30. Tit. præc. in casu, quo quis asserit, se pro causa controversa nuntium ad Sedem Apost. destinâsse. Ratio,

quia per citationem est præventus, adeo-  
que per se vel per Responsalem juri stan-  
tenetur. Videtur tamen arreptio itinero-  
post citationem posse habere vim recu-  
fationis Judicis.

## T I T U L U S XXX.

*De Confirmatione utili vel inutili.*

1. CONFIRMATIO est juris priùs habitu-  
quæsiti, v. g. per Electionem, con-  
tractum, transactionem, privilegium, ser-  
tentiam, aliūmve actum à legitimo Su-  
riore facta corroboratio; potestque fieri  
vel in *forma communi*, quando Superior  
nullâ præcedente causæ cognitione actum  
ab inferiore gestum confirmat in eo statu  
in quo antea fuit; vel in *forma ſpeciali* seu  
specifica, quando fit cum perfecta acutus  
notitia, pensatis circumstantiis, v. g. si Re-  
scripto confirmatorio tenor totius instru-  
menti vel dispositionis inferatur, aut clau-  
ſula: *Ex certa scientia*; *ex plenitudine po-*  
*testatis*; *supplentes omnem defectum iuri*  
*ſi forte intervenierit*; vel: *Non obſtan-*  
*quacunque lege aut consuetudine in contri-*  
*rium*, & similes.

2. Porro licet utraque in eo conveniat  
quod, si sit *Utilis* seu *valida*, i. e. ad vera  
narrata sit concessa, per utramque cor-